



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Totius operis Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)



P R Æ F A T I O .

Philoso-
phia be-
neficii.



Quæ duo verè A perenni cuidam fluxioni cuncta subiecerint, sensum alij iudicium negauerint, alij mundum ab omni eternitate, atque animum nostrum caducum & mortalem fecerint; alij demum agendi libertate harumq. rerum inferiorum cura & providentia Deum ipsam priuauerint. Et quamuis inter tot tamque graues errores aliqua ingenij ac veritatis appareant lumina; frustra tamen in tanta falsarum opinionum caligine veritatem queri. Ita solum rationis lumen cuique à natura tributum tanquam optimum ac tuisissimum ducem in peruestigatione naturæ sequendum esse inculcant. Contra verò opud alios tantum potest Philosophi alicuius auctoritas, ut quidquid ille pronuntiauerit eumque pronuntiasse ipsi existimauerint, id continuò illi nullam pronuntiate sententiæ causam querentes, nulloque prorsus adhibito examine, veluti optimi auditores Pythagore, verissimum, ac certissimum verè Philosophiæ decretum esse contendunt.

B Philosophia ex ignorantis tenebris ac perturbatorum fluctibus creptas exornat & perficit. Nam quod Deus infinita sua sapientia efficit, Philosophus rursus, rerum harum varietatem maximam perustrans mente, cogitatione conficit, dissoluit, auget, minuit. Atque ut ille absolutas rerum & perfectas similitudines, easdem causas rerum omnium, quæ continenter oriuntur & occidunt, (cum ipse nulli sint obnoxie mutationi) in semetipso ab omni eternitate contempletur. Ita hic ex hac vniuersarum caducitate & inconstantia stabiles colligit & constantes earum imagines, imperfectas expolit & perficit, perfectas atque absolutas intuetur, & velut alter Deus mundum alterum suæ mentis arte atque industria fabricatum in seipso beatus contempletur, sic integro manente corpore animus tamè, ut Platonius ille dixit, in vniuersam terram excurrit, ex terra effertur in caelum, vniuersum mare pertransit, vniuersum peruolat aerem, terram ambit, cum sole, cum luna circumfertur, ceterorum astrorum iungitur choro, minimumque abest, quin vna cum Ione cuncta gubernet & ordinet.

Maxi-
mus Ty-
rius ser-
8.

C obsecrantes sint, quam ut germanus & verus earum sensus à quolibet percipiatur. Consueuerant namque veteres illi Philosophi dogmata sua ut indoctam laterent plebem, enigmatum atque allegoriarum inuolucris occultare: nec alio, quam hoc, modo scribendum esse tradidit in epistola quadam ad Dionysium Plato: ut si forte vulgò jactari scripta coningeret, minime lectionis sententiam assequeretur. Quo factum est, ut quæ viri sapientes aperta omnibus ac perusa esse iure optimo noluerunt, improbemus nonnunquam: quæ probe percepta probremus nimirum & tanquam diuinas voces admiraremur. Quid enim quæso tam absurdum dicitur à Platone, cum rectam & obliquam lineam animum nostrum esse scribit; se rectam lineam vim illam animi, qua à seipso quasi egrediens ad vitam corpori largiendam ceteraque cognoscenda progreditur, circulum autem reflexam illam operationem, qua se in seipsum colligit atque ad suam contemplantam naturam eiusque altiora principia regreditur, cum doctissimis Platonis interpretetur: Platonem arbitran-

Duplex
error ci-
tandus.

D erroribus plena: quod alij inuenerint atomos, alij

Symbo-
lica ve-
terum
doctrina.

Platonis
de ani-
ma sen-
tentia.

Præfatio.

tur plerique cum animi immortalitatem communicasse, quod in Phedone & Phedro animum omnem immortalem esse affirmaverit. Verum is uniuersam illam speciem ne animi quidem nomine dignam esse putauit. Nam cum tria sibi animorum genera proposuisset, cælesti, geniale, humanum; primo rerum omnium scientiam tribuit, alteri opinionem rectam, postremo dubiam accipit; emq. sententiam. Belluarum formas non nisi per Metaphoram & (ut loquuntur scholæ) homonymè animos appellauit: quos apertis verbis in Timæo una cum corpore uoluit interire. Reprehendunt permulti Parmenidem, quod uniuersum ens fecerit unum, immutabile, & ingenitum. At is carminibus illis, quibus hanc sententiam exposuit, unum Deum cumque sempiternum & omnis mutationis expertem intellexisse uidetur. Reliqua enim, quæ ante ortum infinito tempore nihil fuerint atque ab interitu nihil unquam futura sunt, dumque uidentur esse continenter intereunt, non magis esse aliquid iudicant, quàm id album, quod nigri plus habet, quàm albi coloris. Nam & in Timæo Plato quæcunque dissolui & non esse possunt, nihil uerè esse prænuuntiauit.

Sed esto: errant sapienti illi. Etenim natura lumine compluribus uitijs, estuantibusque perturbationibus debilitato magna que ex parte obtenebrato, mentis oculus ad purissimum ueritatis splendorem cœcutiebat. Et ut arbores quæque certum aliquod solum amant, in quo nascuntur sponte natureque adolefcunt felicitius ac suauiores fructus progignunt, quæ si asportentur alio aut exarscunt continuo, aut certè degenerant. Ita Philosophiæ cognitio apud ueros Dei cultores orta primùm adoleuit, tantòque truncos ac fructus procreauit, ut nihil aut aspectu pulcherrimus aut gustatu suauis esse posset. Ab Hebreis autem per Moysen ad Ægyptios atque ab his per Thalesem, Pythagoram, Platonem, ad Græcos traducta, inutiliter fructificata, suauisque sapore adulterato, primam illam fecunditatem ac pulchritudinem magna ex parte perdidit.

An uerò propterea ab eorum nobis erit scriptis abstineendum? Non eorum peruolutanda uolumina? Non legendi commentarij? Antiquissimi illi Philosophi, etsi certis se totos sententijs consecrassent, aliorum tamen uel eorum, quos non magno opere laudabant, commentarios lectitabant, ut si quid in eorum uoluminibus, quod uerè speciem haberet suæque doctrine consentiret, reperissent, in sua scripta transferrent. Pythagoras ex omnibus penè, qui ante illum Philosophati fuerant, Plato ex Locrensi Timæo naturalia, ex Parmenide diuina, Moralia ex Socrate, Aristoteles ex Platone desumpsit plurima. Stoici,

A quibus nulli fuisse seueriores propriæ sententiæ custodes, ex Epicuri scriptis quam multa acceperunt? Cur igitur nobis non liceat ex paucis antiquorum erroribus ueritatem decerpere, atque ad Ethnicorum castra non ut uansugas, sed ut exploratores (sepe transire: ut si quid in illis præstans ac nobis opportunum inuenerimus, in usum nostrum conuertamus? Nihil est, quod Christianos prohibeat Israëlitarum more ex Ægypto in Iudeam descendentium, argentea uasa & aurea uestemque plurimam comportare: & captiuam mulierem alienam abrafa cæsariæ & unguibus circuncisis Israëlitiidem factam, uxorem ducere. Eoque magis id nobis concedi debet, quod liberius quoddam Philosophandi genus proficitur. Neque enim uilius iurauimus in uerba magistri: sed libero iudicio, nulla lege coacti, quod in singulis optimum est diligentes, ad scribendum accedimus: estque amicus nobis Plato, amicus Socrates, sed magis amica ueritas. Ut non tam auctores, quam rationum momenta spectantes, perfectam & omni ex parte quoad fieri potest absolutam rerum cognitionem Deo bene iuuante consequamur.

Platonem inter ceteros maxime complexa antiquitas est, præcipue Ecclesiæ nostræ doctores probauerunt. Aristotelem admirari maluerunt, quam sectari. Cuius rei causam si queras, eam esse comperies, quod de diuinis rebus Plato plurimum disputauit, unde & diuini nomen adeptus est: atque in permulti Christianæ fidei nostræ consentaneè magis locutus uidebatur. Immo & S. Iustinus in Parenesi ad gentes, & S. Augustinus octauo libro de ciuit. Dei cap. 10. & Alexandrinus Cyrillus contra Iulianum, & alij plures, eum asserunt in Ægypto sacra uolumina perlegisse, indeque non pauca in sua scripta transtulisse. Aristoteles natura potius contemplationi deditus de diuinis paucissima scripsit, nec affirmari quidquam uoluit, quod certis rationibus ex sensu potissimum ductus probari non posset. Deque mundi origine, de animorum nostrorum immortalitate, de diuina providentia, de hominis felicitate bonarumque actionum premio ita statuit, ut certissimis religionis nostræ decretis aduersari plurimumque nascenti Ecclesiæ obesse ac nouorum fidei alumnorum animos perturbare ac retardare posse uideretur. Accedebant dialogi, assectataque translationes, & phalerata susaque oratio, quæ delectant magis, quàm simplex, purum, pressum, & concisum Aristotelicum dicendi genus.

At non multo post siluit Plato ac philosophiæ principatum hycum obtinuit, uniusque Aristotelis

Tria Platonis animorum genera.

Parmenidis de uno ante sententia.

Simpli- cius in 1. Phys. & B. 1. in lib. 2. cap. ult.

Philosophia ar- tuu & progres- sio.

An uerò scri- ptis abstine- da.

Platonem olim magis probatus, quàm Aristoteles

Platonem sacros perlegisse libros.

Aristotelis cõ- menda Aristotelis

Præfatio.

Aristotelis nomen in scholis Philosophorum audiri cepit; ubi & sententiarum gravitatem & ratiocinandi concludendæque subtilitatem intellexerunt. Ut ex hoc demum summam is consecutus sit laudem; quod ceterorum omnium; qui ante illum Philosophati fuerant, sapientiam; aut fugavit aut correxit: ipsius sapientia à sola veritate Christiana non eiecta; sed reserata & emendata est. Hæc maiora semper incrementa capit; atque ita omnium animos conuertit, ut præclarissima quæque ingenia acerrimæque iudicia, quæ singulis ætatibus floruerunt, in vno Aristotele interpretando siveque commentarijs illustrando omnem operam studiumque collocarint: ut iam interpretum eius non facile numerum inire queas, crescensque in dies, addo ferax est & ferulis Aristotelicus ager. Quod incredibilem quandam in vno illo homine ingenij vim ostendit, certissimumque summæ sapientie argumentum est. Propterea ab eloquentia Romane parente singularis in Philosophia fuisse dicebatur; quo nihil acutius, nihil potius esse possit. Ab alijs miraculum & monstrum nature, qui peculiari fuerit diuino munitus auxilio ad res Philosophicas, naturales præsertim, inuestigandas: ne Christiani, quos diuinarum rerum contemplatio monebat, nimium in illis perquirendis occuparentur. Ab alijs, omnia in eo, quæ ad rerum omnium cognitionem comparandam necessaria erant aut vtilia, diuina voluntate tam cumulata concurrisse, ut in alij perfectius conuenire non posse videantur. Vel ipsum corporis temperamentum ad nature secreta peruestiganda & aperienda aptius esse non potuisse. Ab alijs cum & moribus ornatisimum fuisse, & in Philosophicæ cognitione humanum excessisse ingenium, totamque Philosophiam numeris omnibus absoluisse: aliorumque Philosophorum obscuritates & scriptos illustrasse. Atque illius scripta eiusmodi esse, ut facile præstantiam hominis demirari possis. Ac ceteros quidem omnes ruditer & confuse, ut bestie solent, voces quasdam de Philosophia pronuntiasse. Aristotelem vero accuratè omnia exposuisse, illiusque opinionem longè ceteris veritorem esse. Et hæc quidem modeste magis. Auertens autem mirè hominis ingenium extulit. Alicubi enim scientias cum omnes ita perfecisse affirmavit, ut nullus potuerit quidquam, quod alicuius esset momenti, aut addere aut reprehendere: quod diuinum magis sit, quam humanum. Et alibi, regulam eum fuisse & exemplar, quod inuenit natura ad ostendendam vltimam & supremam perfectionem humanam, quam nullus alius homo possit attingere. Illiusque doctrinam esse

A summam veritatem; quia eius intellectus finis fuit intellectus humani, propterea diuina conditus providentia, ut per eum quæcumque sciri possunt, cognosceremus. Mito cetera: nam hæc ipsa nimis multa & magna videbuntur. Certè vel ipsum æuorivæ nomen optimum quidpiam, perfectum & suum præferret. Sed omittendum non est luculentissimum Philippi Macedonum regis testimonium epistola ea contentum, qua natum sibi Alexandrum Aristoteli significans, gratiam se Dijs habere scribit, non tam quod sibi natus Alexander, quam quod Aristotelis tempore natus sit, à quo doceri & institui posset. Extrat epistola apud Gellium lib. 9. cap. 3. Nescio tamen an commoivus accederit Alexandro Aristoteles, an Aristoteli Alexander. Fuit sanè ab Aristotele Alexander Philosophicæ disciplinæ excultus atque imbutus: at Aristoteles præter summam nature ingenij ac iudicij bona, quibus fuit ornatus, maximam habuit vicissim ab Alexandro earum omnium rerum commoditatem & affluentem copiam, quibus nature vires perficeret ac firmiores redderet. Non solum enim undique libri fuerunt illi diligentissime conquisiti, ex quibus aliorum Philosophorum sententias ac rationes cognosceret atque examinaret: sed omnis quoque generis animalia comportata, ut omnium naturas ac proprietates contempleretur. Nunquam enim tam multa, tam varia & præclara de animalibus singulis scribere potuisset, nisi ut ait Plinius libro octavo capite 16. habuisset ab Alexandro aliquot hominum milia in totius Asiæ, Græciæque tractu, in conquirendis atque ad Aristotelem adducendis generis omnis animalibus occupata, nequid vquam gentium ignoraretur ab eo. Diuina multum desiderant. Ego vero ut multos prætermittam illius libros perijisse, & S. Thomam in opus. decimo sexto scribere vidisse se quatuordecim illius libros de separatis mentibus nondum Latine redditis: Exiguam illam diuinorum cognitionem, quam ab illo accepimus; Platonis omnibus voluminibus facile antepono. Nec cum plura non scripsisse miror, immo & in his, quæ scripsit, interdum peccasse. Tum quia non queus temere fingenda putavit, sed pauca maluit ex naturalibus & sensatis rebus ratione certa colligere. Tum quod nature tantum lumine ductus haud multo plura nec satis certo cognoscere licuit.

Hunc igitur nos optimum ducem sequimur, illius scripta libenter interpretamur, ingenij acumen admiramur, peracrem iudicium probamus, doctrinam, ut patet est, veneramur. Sed illud etiam atque etiam videndum, ne veritati auctoritas hominis præponatur.

Prima
& 2.
Acad.

Ant.
Bern.
lib. 6.
euer.
sect. 6.

Amm.
præfatio
ne cate-
goriarum.
Simpl.
ibid. &
præfatio
Phys.
Them.
præfatio
de anim.
ma. A.
lex. 1.
Met. 6.
86. &
præfatio
& de
anim.
Aur.
præfatio
Phys.
3. de a-
nima.
14. 1. de
generat.
ant. cap.
1. 3. Ma-
cedonum
cap. de
hælo &
ind. &
3. dist.
dub. 13.

Aristo-
telis no-
men.

Aristo-
teles &
Alexan-
der Ma-
cedo.

De diu-
ni ut A-
ristoteles
scripsit

Præfatio.

*Aristo-
les qua-
dentur
dicendus.* Veritas imprimis quærenda est, rationum mementa ponderanda. Esti quando is aduersus certissima fidei à Deo nobis propolite dogmata (sensit quidpiam aut docuit; nec tueri hominem nec excusare æquum est. Quæ admodum enim veritates eæ, quæ à Deo veritate prima, quæ mentiri non potest, manifestate nobis fuerunt, certissime omnium sunt, ita quibusuis rationibus naturalis virtute conclusis anteponantur. Vt si sapienter & absque errore Philosophari velis, sibi utendum sit venturi trutina, qua ceteras quascanque, quæ naturæ lumine colligantur, diligenter & attente examines. Enimvero rationes omnes, quæ certissimis religionis nostræ decretis aduersantur, aut aliquid falsum accipiunt, aut imbecillitati certè nituntur luminis intelligentiæ nostræ, quæ assequi non potest omnia, sed confirmanda est maiori virtute diuiniorque lumine collustranda. Desinit Aristoteles (ut pauca ex pluribus afferam) ortum esse totius in totum mutationem, illiusque principia materiam esse, priuationem, & formam. Verissima sane ac tanto Philosopho digna sententia, si rerum inferiorum & naturæ constantium procreationes spectemus. At nequaquam eam esse generationis vniuersæ notionem, sed hanc potius originem solam significare vniuersæ ab alio, abstrahendo à materia & priuatione, docuit nos verissima illa & propriissima generatio diuina, qua patet ab omni æternitate eandem numero naturam filio communicauit, cum sola suppositorum distinctione. Ex nihilo nihil fieri, sed si quid producendum sit, subici oportere aliquid actioni agentis; veteres illi omnes consensere, qui de natura scripserunt. Nos diuinam postea creationem Deo ipso docente didicimus. Relationem omnem esse accidentis quoddamque genus entis determinatum, Philosophorum omnes scholæ docuerunt: quod alias non agnoscerent relationes, quàm eas, quæ inter creatas res versarèntur. At nos dum relationes in Deo subsistentes credimus, vniuersam relationis notionem separari, solumque ordinem ad aliud significare. Mito vim & naturam propriam accidentis, distinctionem vsuæ & hypostasis, essentiæ & suppositi, eaque penè omnia, quæ ad Deum cetera (quæ mentes à materia concreione liberæ pertinent, aliaque complura, quæ melius multò à Christianis Philosophis ex principijs à Deo reuelatis percipiuntur, quàm ab Ethnicis solo naturæ imbecilliori lumine adiutis intelligerentur. Neque enim ex solis superiori ac diuiniore virtute confirmarentur.

*Aristo-
teli ob-
curitas.* Non desuerunt, qui Aristotelem obscuritatem scribendo affectasse criminarentur, quod esset gloriæ percipiendus, atque in dubijs arduisque questionibus ita loqui vellet, ut ambigua oratione vsus, quæ plures interpretationes admitteret, à

A posteris non posset argui. At veriores alia fuerunt obscuritatis cause. Prima commune iudicium receptaque consuetudo eorum, qui ante illum Philosophati fuerant. Omnes enim enigmatibus & allegorijs sapientiam suam, ut plebem lateret, occultandam censuerant. Neque scriptor Pythagorei, sed traditas scientias conseruantur: nec nisi multis post extinctum Pythagoram annis ad scribendum animum appulerunt: eaque scripserant, quæ lucem rebus eriperent obscuramque potius noticiam effunderent. Mercurium quoque Trismegistum, Thalctem, Anaxagorã, Anaximenum, Anaximandrum, Melissum, Parmenidem, & alios paucissimos & obscurissimos scripsisse constat. Quid verò Plato? Quam multa per numeros & Geometricas figuras innouit potius, quàm explicauit Aristoteles enigmatibus, fabulis, Metaphoræ ac similitudinibus prætermisissis, iam accommodatè de re quauis scripsit, ut ea tamen, quæ scripsit, communia omnibus esse noluerit. Altera causa fuit, quod ad Philosophiæ dignitatem & commendationem intelligeret profuturum non parum, si quis de ea scripsisset, obscuriora viderentur, quasi præstans quidpiam & eximium continentia. Tertia ut ingenia exerceret nostra, ipsique difficultate ad Philosophiæ magis studium inflammaret: firmiusque infingeretur ea memoriæ, quæ magno cum labore compararentur. Quare obset naturæ eius interpretes obscura ferè ac difficilia libris suis cum præposuisse proemia, quibus ignaui ac desidè ab illorum lectione detererentur, ignaui ac studiosi magis accenderentur. Quarto breuitas vbiq; sed in rebus præsertim conditione sua reconditis, obscuritatem semper adfert. Breuis esse laboro, obscurus fio, dixit quidam. Quisid cū ipse plurimorum primus esset excogitator atque inuentor, facile non fuit clarius ea verbisque apertioribus explicare. Sexto vidit perspicacissimus Philosophus ea ratione fore, ut magnopere locupletaretur Philosophia, plurimamque illi accessio multorum interpretatione longiorique explanatione fieret. Quod re ipsa factum est. Nunquam enim potuisset is solus tam multa scribere, quàm multa seculis omnibus atque ætatibus ab illius interpretibus fuere scripta. Septimo subtilissime accesserunt acutissimæque rationes, quas passim is ad res singulas confirmandas excogitauit. Octauo cū esset is perspicacissima quadam & omnino præclara mente præditus, minus illi obscura ea fortasse videbantur, perindèq; ab alijs percipi posse existimauit. Nono propterea nobis obscurior est, quod cum magna ex parte in aliorum sententijs confutandis versetur, non extant eorum, qui confutantur, scripta, neque satis perspectas illorum sententijs habemus. Neque pluribus eas Philosophus explicauit, quod extarent tum illorum libri omnibusque notæ ac perspectæ essent. Quodque aliqui calumniantur, cum

curasse

Præfatio.

curasse per Alexandrum regem veterum illorum libros omnes comburi, ut sua occultaret furta; eò minus est verisimile, quòd ipse ferè totus est in eorum confutatione: tantum abest, ut ex illorum fontibus suam ipse sapientiam hauscrit. Opiniones vero ne explicet quidem, sed ex eorum scriptis, quæ in omnium versarentur manibus, notas accepit. Accedit, quòd veterum illorum opiniones & carmina ad verbum scripta habemus apud Simplicium & alios: ut credi possit nondum eorum atate libros illos penitus periisse. Decima & vltima obscuritatis causa fuit, quòd cum veller sapiens Philosophus generales & communes adferre rationes, quæ in omnem materiam accommodari possent; ne vnius alicuius propria crederentur esse, non attulit ex vna aliqua materia particularia exempla, sed tanquam communibus terminis usus est primis litterarum elementis, quæ non parum perturbant lectorem, orationemque totam obscurant.

Ceterum hoc loco meminisse oportet, ea, quæ ab Aristotele scripta fuere, à Grecis illius interpretibus, immò ab ipsomet fuisse bipartito diuisa. Nam quedam *ἐξωτερικά*, id est externa seu exteriora, alia *ἐσωτερικά*, hoc est ascultatoria nominantur. Quæ tum rebus, quæ tractantur, tum tractandi modo distinguuntur. Namq. exteriora ea dicuntur, quæ dicendi artem & historias ferè continent, populariterque ac faciliore magis, explicata & fusa oratione scripta, haud maiorem diligentiam postulabant. Acromatica verò subtiliorem doctrinam habent magisque reconditam; presertim ac limatius scriptam, in quibus obscuritatem auctor iniecit. Alexander libros vocat de recondita peripatetice sectæ disciplina editos. Ita nimirum apud ipsammet Philosophum reperies in 13. Metaph. lib. cap. primo de ideis, plurima diuulgata in exterioris sermonibus; Et in primo libro de moribus ad Nicomachum cap. 13. agere accuratius de anima altioris esse contemplationis, ad eamque disputationem satis illa esse, quæ in exterioris disputationibus fuerant dicta. Et in tertio Polit. lib. cap. quarto de imperij formis sepius se in exterioris sermonibus disseruisse. Et libro primo de moribus ad Eudemum cap. quin. *το ἐσωτερικὸν δὲ, ἢ τὸ μὴ εἰς τὸν ὄμιλον ἀποβῆναι, ἢ τὸ ἐν τῇ πόλει κινουμένον*: hoc est, est verò hic locus de idea multis modis à nobis tractatus, & in exterioris libris, & in ijs, qui de Philosophia scripti sunt. Nisi enim *ἐν κρυφαῖς φιλοσοφίαις* intelligat, quæ ex primo libro de celo mox commemorabantur: Exterioris Philosophicos opponit, ut illos populariter, hos accuratè magis & subtiliter scriptos fuisse, duoque omnino scriptorū genera significaret. Quæ admodum & in primo ad Nicomachum lib. du-

aplicem de anima tractationem commemorat, accuratam vnā & acromaticam, quæ tribus his, quos interpretandos suscepimus, libris continetur, alteram popularem magis & exotericam, quæ morali Philosopho satis sit, libris fortasse illis comprehensam, quos ad familiarem Eudemum scriptos Themistius memorat lib. 3. cap. 37. & Plutarchus in Dione, & oratione consolatoria ad Apollonium, atque in primo libro de Diuinitate Cicero. Verum illustriora quedam extant testimonia; quibus ut in superioribus exoterica, sic acromatica nominentur. Ac primum adest inscriptio librorum octo Physicorum (*ὀκτώ φυσικῶν*.) Quam inscriptionem non ascitiam esse, sed ab ipsomet auctore præfixam: restantur mutua ille Alexandri & Aristotelis epistola, quæ apud Simplicium leguntur in extrema ad libros illos præfatione, & Plutarchum in Alexandro, & Cellium lib. 10. cap. 4. Etsi verò Plutarchus acromaticos libros, de quibus scribunt; Metaphysicos potius intelligat: perinde tamen constabit aliquos esse Aristotelis acromaticos libros: neque huius loci est probare Physicos potius intelligendos esse. Auctor quoque Diogenes Laërtius est, Politicorum libros *ἐξωτερικῶν ἀποβῆναι* appellatos ab eo fuisse. Immo & libros Nicomacho dicatos exotericos non esse, argumento est, quòd in illis exoterici citentur. Neque hos, sed alios populariter explicatos indicat in tertio Polit. libro ubi se de imperij formis disseruisse ait. Eodem argumento tum Metaphysicos libros, tum de celo & mundo, acromaticos esse colligas, non exotericos: propter verba, quæ in 13. Metaph. habentur, quibus exotericis sermones citantur: Et in 1. x. 100. lib. primi de Cælo, quibus de diuinis ait sepe se *ἐν τῇ πόλει κινουμένον* dixisse, ea intelligens, quæ in circulis & Philosophiæ studiorum cætu ab eo publicè explicabantur, quæque exoterica dici solent. Quo loco prætermittendum non est id, quòd ante nos adnotauit viri docti, Aristotelicæ scholæ partim matutinas fuisse, quæ *ἐσωτερικῶν* matutinas ambulationes (ambulans namque docere consuevit) partim pomeridianas, quæ eam ob causam *ἐξωτερικῶν*, appellabat. Prioribus, ad quas non quemlibet, sed eos solos, quorum ingenia habebat cognita, admittere: obscuras & difficiles Philosophiæ locos explicabat: vnde acromatici extiterent libri, qui ea, quæ matutinis horis exposita discipulis suis fuerant, continerent. Posterioribus vero quas vulgo sine delectu accedentibus quibusuis dabat, faciliora proponebat: indeque exoterici libri collecti sunt. Porro acromatica secretiora fuisse & discipulorū propria, neque in vulgus edita, consentiant interpretes, Simplicius loco notato, & 4. Phys. com. 97. & com. item 97. libri 1. de Cælo, & Philoponus ac Pellus in texeum 87. libri quarti Physic. Ammonius in præfatione ad libros categoriarum

Duo scriptorū Aristotelis genera.

Bipartita Aristotelicæ scholæ.

Præfatio.

Aristotelis epistola ad Alexandrum.
Eustratius in caput 13. libri 1. de moribus; & ut alios mittam, manifestum est ex Alexandri & Aristotelis epistolis. Scripsisti, inquit Aristoteles, mihi de acromaticis libris, quos putas reconditos esse oportere. Scias igitur velim ipsos editos & non editos esse. Nam ipsi intelligibiles erunt, qui me audierunt. Quam docendi ac scribendi consuetudinem Aristotelis quoque auditorum Theophrastum retinuisse scribit Galenus in libro de naturalium facultatum substantia. Verique, inquit, Aristoteles & Theophrastus, alia quidem multitudine scripsit, Acroasis autem socij eiusdem discipline. Et quid mirum, si quaedam alijs obscuriora atque intellectu difficiliora sint?

Aristotelis operum partitio.
Et hæc quidem generalis fuit Aristotelis operum partitio. Quæ si minutiora in membra concedere libeat, quaedam fuisse particularia dices, ut epistolas ad Amicos scriptas: alia generalia, ut libros Physicorum, de celo, de orbi, de animas alia media, hoc est partim generalia, partim particularia; ut libros de animalium historia, in quibus tum in genere tum in specie de animalibus differit. Generalium porro ad memoriam iuvandam quaedam pertinebant. Dum enim aliorum perlegeret libros, sententias illorum & rationes, absque ullo adhibito ordine, in suos commentarios referebat: quod nobis quoque, ut propositionibus abundemus, faciendum suadet in primo Topic. lib. cap. 12. alia ordine & accurata constabant methodo. Quæ aut a modo dicitur dialogi scripta dicebantur: in quibus non tam auctoris, quam vulgi ferè sententia proponitur: atque hæc ad exoterica pertinebant. Aut maiori studio & diligentia ad auctoris sententiam explicandam referebantur, ut in prædicamentis dicta, etiamque acromatica partim Theoretica, quibus veritas solum querebatur, ut Physica, Metaphysica, & Mathematica: partim Activa, ut moralia omnia: partim organica, ut Logica.

Aristotelis bibliotheca.
Quamquam magna pars temporum iniuria periit. Namque bibliothecam suam reliquit Philo sophus Theophrasto discipulo, ique Neco tradidit. Hic eam Scepsim transportandam curavit, suisque posteris imperitis hominibus reliquit. Qui cum Attalicorum regum desiderium bibliothecæ, quæ Pergami erat, instaurandæ audissent, eam sub terram conditam teneis atque humiditate labefieri permiserunt. Ita perire permulta. Tum ea, quæ penitus corrupta non sunt, Apelliconi Teio ab illorum posteris vendita atque ab eo librarijs transcribenda tradita sunt. Unde in illis multa emerferunt errata. Post Apelliconis autem obitum cum Athenas cepisset Sylla, bibliothecam eam transtulit Romam: ubi Tyrannio Grammaticus Aristotelis libros obtinuit, cum antea peripatetici exotericos tantum & peruulgatos haberent. A Tyrannione mox Andronicus Rhodius accepit.

scio Athenæum lib. 1. cap. 1. à Neco Ptolemaum Philadelphum scripsisse bibliothecam eam compiam adnexisse Alexandriam. Verum & ille ipse in lib. 5. cap. 11. idem refert, quod de Apellicone officium. Et quod de Andronico; non modo testatur Plutarchus, cum in quibus primam hæc, quæ nunc feruntur, Aristotelis tabulas descripsisse: sed Porphyrius quoque in extrema Plotini vita illum ipsam Aristotelis ac Theophrasti libros in tractatibus distribuisse: & Simplicius in præmio 6. Phys. libro, cum in 1. hys. libris hunc, quem nunc cernimus, ordinem posuisse: & Boëtius ad initium feri 2. editionis in libro de interpretat. diligenter illum iudicem ac repertorem librorum Aristotelis ab antiquitate tota fuisse habitum produit. Cum verò per tot temporum difficultates ac discrimina pervenerint ad nos Aristotelis libri, tantisque empii ac venditi aut ex uno ad alium locum translati fuerint, quia mirum, si perierint multi, aut imperfecti & mutilati vel etiam vitiosi ac depravati cernantur?

Dati scientiæ ac ani.
Hactenus univèrsè satis, tum de Aristotele, tum de illius libris. Tam ad eam partem, quam interpretandam atque tractandam suscipimus, accedentes propius, illud principio ponamus, cuius perfacilis erit probatio, posse de anima animalisque corporibus haberi scientiam. Tum quia hæc re ipsa & ab Aristotele & à Philosophis traditur. Tum quia animata corpora pars quadam & species & quidem optima ac præstabiliissima sunt naturalis corporis, illorumque pars & forma est anima: quæ complures habet operationes, ex quibus cognitio illius quæri possit, proprietate quæ non paucas quæ de illa ostenduntur: & cum eam esse manifestum sit, haud magno labore definitio illius investigatur, quæ & explicetur natura & proprietates demonstrantur.

De anima univèrsè a genere physica.
Maiori contentione disputatur in scholis, cuiusnam propria sit cognitio hæc & scientia. Nam univèrsam quadam & generalem animam tractationem ad naturalem Philosophum pertinere, testantur illa verba, quæ apud Aristotelem leguntur in tex. 15. libri primi huius operis de anima: Naturalis est considerare de anima aut omni aut huiusmodi, hoc est quæ cum materia sit & per materiam definitur. Quam eandem sententiam repetit in tex. 2. libri 6. Metaph. & cap. 1. lib. 1. de partibus animalium. Ratioque certissima persuadet. Naturalis quippe Philosophus dicitur de animatis missis, quæ naturalis corporis species sunt, differit, differat utem oportet de illorum partibus corpore & anima. Hæcque genus quoddam est formæ, quod & significat ordinem ad materiam, dum actus est naturalis corporis, & natura existit & principium motus atque operationum complurium in naturali corpore. Quam ob causam in tex. 1. lib. 2. Phys. animalia & planta à natura esse dicuntur,

Præfatio.

Duplex
anima
genus.

dicuntur, quod in seipsis motus principium habeant animam. In specie autem de singulis responderi non potest, nisi duplex antea genus earum distingatur. Vnum proprium, quod ita corpus animat, ut & primum & secundum actum, qui ex primo derivatur, hoc est tum esse tum operationem tribuat corpori. Huius generis sunt, in plantis vegetans, in bestijs sentiens, in homine intelligens. Alterum minus proprium, quod solum actum secundum & operationem imperiit. Qualis non Platonicis modo, sed & Peripateticis est anima cælestis; separata mens, que solum cælesti corpori motum adfert: neque essentialis, sed mouens dumtaxat existit pars.

Intelli-
gentia
ad phy-
sicum
spectat.

Motricis nimirum huius anime existentiam probare debet naturalis Philosophus: & in octavo Phys. lib. Aristoteles demonstrat. Ex cælestium quippe orbium conuersione perenni substantiæ huiusmodi demonstratur: quod demonstrationis medium ut est naturale, sic demonstrationem totam naturalem facit. In ea item scientia cum accuratè agatur de motu, principium quoque motus cognoscendum est. Dumque de cælo dicitur, ut est mobile corpus, à quoniam moueatur intelligere oportet. Denique ille ipse mentes per cælestem motum cause sunt earum omnium naturalium rerum, que cæli ambitu continentur, hac ipsa ratione ad naturalem spectat cognitionem, que sui obiecti causas complecti debet. At contemplari naturam atque essentiam intelligere animarum earum, que non ratione modo, sed re ipsa sunt ab omni materia abiunctæ & per se coherentes, superioris est scientiæ, non naturalis, que solas res cum materia coniunctas considerat. Immo dum eas contemplatur ut materiale corpus cælestis versant, eoque motu plurimorum entium in hoc sublanari mundo existunt cause, considerandas tamen superiori scientiæ relinquit, quatenus existunt cause illorum, ut entia sunt. Tantum abest, ut naturam à materia prorsus liberam peruestiget, que neque corporis forma est, neque ullam in corpore operationem habet. Ita sapiens Philosophus pluribus in locis naturalem considerationem ad materiam contraxit & motum, substantiæque à materia separatas atque immobiles primo Philosopho considerandas tradidit. Et Simplicius ceterique in suis huius de anima commentarijs sepe inculcant, de solis mortalium animabus disputari, non de cælestibus illis, quarum consideratio ad primum spectat Philosophum.

Anima
vegetans
& sen-
senti.

Iam de altero animarum genere, quod proprie nominatur quod essentialis actus sit animæque corporis pars, duo ab omnibus concedi video. Alterum, ad naturalem Philosophum pertinere de illis agere, quoad esse: siquidem earum existentia ex naturali prorsus operatione colligitur: & intelligentem quidem animam esse ex intellectu

cum phantasmate, vegetantem autem & sentientem ex proprijs earum materialibus & corporeis functionibus concludimus. Alterum, nature quoque atque essentia vegetantis ac sentientis animarum cognitionem totam esse naturalis Philosophi propriam. Tum quod materiales prorsus forme sint. Tum quod in 1. lib. de partibus animalium cap. 1. & tex. 15. lib. 1. de anima, & tex. 2. lib. 6. Metaph. apertis verbis ita constituit Aristoteles.

Anima
intelli-
genti.

Ceterum de intelligente anima, ut Alexandrum, qui materialem & mortalem formam fecit, certum est eam quoque naturali Philosopho non minus, quam ceteras, considerandam tradidisse: sic inter ceteros, qui immaterialem & immortalè indicant, dissentio plurima. Ac de Auerroë quidè certè dubitari posse videtur. Is enim in com. 17. lib. 3. huius operis considerationem illius naturalis scripsit esse Philosophi. Quæ verba in eam planè sententiam adduxerunt Iandunum. Sanè in com. 26. lib. 2. Phys. naturalem Philosophum docuit Auerroës formas eas omnes considerare, que sunt in materia, vsque ad ultimam, que hominis forma est, inter materiales penitus formas & eas, que prorsus abstractæ sunt, media. Sed cum in com. 5. lib. 3. de anima intelligentem animam nostram posuerit esse intelligentiarum ultimam, nobis duntaxat assistentem, non formantem, visus est velle solam illius existentiam ab eo Philosopho cognosci, qui ceterarum quoque intelligentiarum existentiam demonstrat, ut in com. 26. notato docuerat: naturam vero & essentiam ad primum Philosophum pertinere, qui de reliquis intelligentijs agit. Quin ex Grecis Philosophus interpretationem faciens tex. 15. lib. 1. solum primum Philosophum dixit anime intelligentis naturam posse cognoscere. Nam etsi Aristoteles in hisce libris, dum persequeretur naturalia, visus sit essentiam illius aperire, mos tamen (inquit tum eo loco, tum in extrema ad eos libros præfatione & in expositione tex. 32. lib. 1.) illius fuit, naturalium rerum tractationem ad separatas & primas causas reducere: atque ut in 8. Physic. lib. egit de primo motore, & in posteriori lib. de ortu & interitu, de prima omnium efficiente causa: sic vegetantis ac sentientis anime tractationem ad intelligentem abstractam animam tandem reduxit. Ex quibus necessariò consequens est, hominem quoque hac anima constitutum, etsi ut quoddam animal est & naturale corpus, cognosci à naturali debeat, qua tamen intelligit formamque habet abstractam, ad primum spectare Philosophum.

Simplicius verò in proemio, quod commentarijs ad octo Physicorum libros præfixis, scientiam hanc mediam esse iudicauit inter naturalem & primam Philosophiam, atque in eodem gradu, quo Mathematicæ discipline continentur. Quod ita accipitur à plerisque, ut non sit quidem earum

Præfatio.

disciplinarum pars (quamquam & hoc senserit Augustinus Niphus; eo videlicet argumento, quod hanc scientiam aggrediens Philosophus eam dicit omnium certissimam esse; certitudoque Mathematicarum disciplinarum præ cæteris commendatur) sed Mathematica abstractione quodam modo utatur. Quæmadmodum enim Mathematicæ res mediæ habent inter naturalem & Metaphysicam abstractionem, dum ratione quidem abstractæ sunt à materia, re ipsa tamen in materia immersa: ita scientia de anima partim est in materia, si anima vegetans & sentiens spectetur, partim abiuncta à materia, si ea, quæ intelligitur, consideretur. Sic igitur cæteros interpretatus est Marcus Antonius Zimara propositione. 89. Themistij opinionem fuisse arbitratus quod ab Hermolao Barbaro Themistij scriptis præmium illud adiunctum viderit, quod Simplicio potius adscribendum fuit. Quod tum alibi argumentis pluribus demonstravi, tum illud hoc loco satis est, quod eandem prorsus opinionem in præmio ad libros hosce de anima Simplicius repetit & diligenter exponit. Itaque & Simplicij potius opinionem fuisse, & longè aliter intelligendam esse arbitror. Eam namque difficultatem ex instituto tractans, cognitionem hanc intelligentis anime neque omnino naturalem esse constituit, neque prorsus supernaturalem; sed inter utramque mediæ: quemadmodum illius anime (substantia inter naturales prorsus formas atque abstractas penitus mentes est mediæ, partimque cum illis, partim cum his convenit. Namque ut est actus corporis quædamque in corpore facultates & operationes habet, naturalis nimirum est: ut autem intelligens, immaterialis, & à corpore non pendens, primæ Philosophiæ cum intellectibus cæteris cognoscendam se prebet. Dumque eadem anima à duabus hisce scientiis consideratur & ad neutram omnino pertinet, inter utramque mediæ indicatur. Hinc est, quod Aristotelem dicat idem Simplicius primam Philosophiam ad humanam usque animam demisisse, naturalemque ad eandem animam erexisse. Et in commentario secundo in textum 17. libri tertij à naturali nostram animam considerari, quatenus in naturam tendit atque ad corpus progreditur, secundamque vitæ vegetantem & sentientem promit: à primo autem Philosopho, quatenus pura in seipsa manet.

Sententiam eandem de hac mediæ scientia apud Boetium quoque reperias in præmio commentariorum in Porphyrium à Victorino translaturum. Vbi tres Philosophiæ theoreticæ partes distinguit: primam de ente omnino abstractio, quod nullum cum corpore & materia commercium habet: alteram de cælestium & humanorum corporum ani-

mabus quæ abstractæ substantiæ cum essent, corporum tactu ab intellectu illa puritate degenerarunt. Tertiam demum de corporibus naturalibus. Unde triplicem quoque cognitionem posuerunt Proclus in Timæum & alij Platonici, intellectum, eorum, quæ pura intellectuilia sunt, opinionem, sensuum corporum, & mediæ inter has diæneam, circa animam & res Mathematicas. Et Simplicius in præmio Physicorum sensilia & materialia cognosci intellectu illo, qui potestate dicitur, abstracta intellectu actu, Mathematica & anima nostra quodam cognitionis genere, partim scilicet intellectu potestate, partim eo, quæ est actu.

Quod autem ad hanc mediæ Philosophiam spectat, id ita esse ex pluribus Aristotelis testimoniis ostendi potest. Nam is in textu ult. libri primi Physicorum de solis contrariabilibus formis agendam dixit naturali Philosopho: & in textu 12. libri secundi naturalem formam re à materia separari non posse, sed sola mentis cogitatione: & in textu 19. res naturales minùs, quàm Mathematicas, esse abstractas, eosque peccasse graviter, qui re ipsa illas à materia separarunt: & textu 26. naturalem in materia duntaxat considerare formas, & ea quæ ratione separantur, quæ vero re ipsa, ad primum Philosophum pertinere. Et textu 17. libri quartij formam non separari à re, cuius est forma. Et textu primo libri tertij de Cælo, naturales omnes substantias aut corpora esse aut cum corporibus gigni. Et textu 15. libri primi de anima, naturalis esse considerare de anima, aut omni aut huiusmodi, ut eius operationes per corpus exerceantur. Et libro primo Metaphysicæ textu secundo naturalis esse agere de quadam anima, quæcumque non sine materia. Denique in primo libro de partibus animalium capite primo, non solum id aperius verbis pronuntiauit, sed triplici quoque ratione confirmavit. Primum enim si naturalis ageret de intelligente anima, de omni quoque intellectu ageret, quoniam intellectuum & intellectuile correlata sunt, in eademque scientia considerari debent. Immo ut in tertio de anima explicatur, intellectuile actu & intellectus actu idem sunt, unaque formalis ratione conveniunt, quæ nimirum ad unam & eandem scientiam pertinet. Itaque cum ens omne sit intellectuile, de omni ente agere naturalis deberet nullaque alia præter naturalem scientiam foret. Deinde omnis forma, quæ à naturali consideratur, natura est & principium motus; anima intelligens non est principium nisi intellectiois, quæ naturalis motus non est. Postremo naturalis Philosophus de abstractis à materia non agit, quoniam naturalia omnia finem habent, abstracta non habent.

Aristotele aliis quomodo emendasse ad naturalem non per timere.

Ratione idem colligi.

Præfatio.

hent: cum igitur intelligens anima sit abstracta, naturalis considerationis excedit terminos. Quapropter in textu 17. lib. 12. Metaphysic. cum formas dixisset effectus suos non antecedere: subiunxit hæc verba: si autem aliquid posterius permanet, considerandum est. In quibusdam enim nihil prohibet, veluti si anima talis sit; non omnis, sed intellectus. Quæ verba si in Metaphysicis libris pronuntiata fuisse considerentur, indicabunt fortasse intelligentis anime considerationem cum tractatione de intelligentijs, de quibus post agit, esse iungendam.

Quibus omnibus argumentum illud accedit, quod certa & necessaria cuiusque rei cognitio ex causis eius paranda est. Iam nulla intelligentis anime causa est naturalis, nec ipsa igitur a naturali: Philosopho cognosci potest. Enimvero efficiens causa solus est præpotens Deus creatione ex nulla præiacente materia. Finis, supernaturalis quidem clara eiusdem Dei visio, de qua is ne hiscere quidem potest, qui materiam duntaxat & motum intuetur. Naturalis autem duplex commemoratur: practicus alter, qui virtutum acquisitionem & earum operationes habet propositas: alter Theoreticus, in separatarum mentium cognitione positus. Ille ad moralem pertinet, hic ad primum Philosophum, qui substantias illas considerat. Forma vero, hoc est natura & essentia huiusce anime immaterialis est & abstracta, non ut ceteræ ex materie potestate educta, sed singulari Dei munere forissecus adueniens: quod tum propria illius operatio, Metaphysica potius, quam Physica; ostendit: tum vita, quam per se à corpore libera & soluta degit. Denique quod magis minores, ne materiam quidem illius cognoscere posse videtur. Eam namque solam pertractat materiam, ex qua naturale agens educit formam quare cum intelligens anima non prodeat ex materia, etsi humanum is corpus per se spectatum cognoscat, cognoscere tamen non potest, ut anime intelligentis materiam atque subiectum. Anima item à corpore separata quo modo ad naturalem pertineat, qui nec de separatis agit, nec statum illum & conditionem anime intelligere valet? Primus potius cognoscat Philosophus, qui ceteras contemplatur separatas mentes. At si anime separate ac per se subsistentis naturam non cognoscat naturalis; ne in corpore quidem eam intelliget quippe nil aliud, quam suam illam naturam, impertit corpori.

Quod si ad facultates atque operationes sese conuertat, qui familiaris est modus cognoscendi formas: ex sunt intellectus & voluntas, quæ materiales & organica non sunt, sed animam comitantur ut natura subsistens est atque illi à corpore quoque separate conveniunt. Neque propterea naturalis operatio censetur, quod à

phantasmate ut obiecto pendeat, circâque res naturales & materiales versetur. Nam ut mittam separatarum quoque mentium cognitiones, quibus res naturales intelligunt, naturales fore, intellectioni ac volitioni accidentarium planè id est, separatâque anima sine phantasmate intelligi & vult, idq. sempiterno, dum in corpore phantasmatum v. s. brevissimo tempore intelligat.

Ita ferè videtur confici anime nostræ cognitionem, ut est intelligens ac per se subsistens natura, ad primum Philosophum pertinere, qui separatas contemplatur mentes: quod & Philoponus indicavit, & Olympiodorus ad initium 1. lib. Meteororum, & ex Latinis interpretibus nonnulli. Neque defuerunt, qui propter verba illa ex 12. Metaph. lib. commemorata eam crediderint peculiarem scientiam ab alijs omnibus distinctam constituturæ; quæ post Metaphysicam esset exponenda: etsi ab Aristotele naturalia pertractante fuerit ceterarum animarum tractatione coniuncta: tum quod de illa scorsim pauca supersent dicenda: tum quod melius ex ceterarum animarum cognitione cognosceretur.

Ego vero totam hanc cognitionem naturalem esse arbitror. Nam etsi immaterialis & immortalis substantia sit, imperfecta tamen est & dimidiata, formansque hominis forma, quod opportuno demonstrabitur loco. Est nimirum inter separatas omnino mentes formâsq. materiales media. Cum separatis quippe mentibus commune habet, ut immaterialis sit, impartibilis, non pendens à corpore, abstracta, per se subsistens, intelligens; atque ita intelligens, ut absque corpore quoque intelligat: neque sensilia solum, sed immaterialia item & separata. Plurimum verò ab illâ natura recedit, quod imperfecta & dimidiata substantia est, non integra, sed ut alterius pars; & ideo formans forma & actus corporis semper, & intima nature ut apta cum eo coniungi & constituturæ illud unum per se, cuius est pars. Reliquæ mentes perfectæ sumi & integræ substantiæ quæ non nisi ad motum & operationem impertendam coniungi cum alio possunt. Alterum vel maximum discrimen in operatione cernitur. Missis enim nunc operationibus vegetantis anime & sentientis, quas velut superior forma virtute creditur continere; solaque intellectione considerata, quæ propria est illius actio; hæc absque phantasia illiusque imaginum subsidio exerceri nullo modo potest ab ea anima, quæ re ipsa corporis actus & forma sit. Quod etiam sit ut ratiocinatione utendum sit possitque à rebus corporis impediri. In ceterarum mentium intellectione secus omnino res habet. Hinc & illud oritur, quod quandiu anima in corpore continetur, moveri ad intelligendum non potest, nisi abeunte sensili. Quoniam cum operandi modus cuiusque rei talis sit, qualis est essentialis modus, ut immaterialis & incorporea est. cf.

Veniens
sentientis

Intelligens
anima
cui separata
materia
sub. comparatio.

Præfatio

eiusque materiam considerat, naturam quoque & vim huius anime propriam intelligere. Contem-
platur item Physicus humani corporis & singula-
rum eius partium constitutionem & naturam: at
qui materiam & subiectum considerat, illius quo-
que formam debet cognoscere, quoniam mutua
quandam relationem habent. Sic enim fere in
textu 26. libri secundi Physic. ratiocinabatur
Aristoteles. Sed & hominis procreationem per-
uestigat: quod ex cap. 3. libri secundi de anima-
lium procreatione perspicuum est: quod modo verò
negligat formam, que terminus illius est? Hanc
ob causam in extremo textu primo lib. 6. Metaph.

Tex. 1.
lib. 9.
Metaph.

Aristotelem opinor dixisse naturalem versari fere
circa inseparabilem substantiam: nimirum præ-
ter intelligentem animam, que separari potest, Et in
libris tamen de anima accurate tractatur, Et in
prima philosophia de intelligentijs ceteris in 12.
lib. diligenter differitur, at de anima nostra nus-
quam. Immo cum in tex. 17. dubitari posse dixis-
set, num ea post corporis dissolutionem superstes
sit, nihil deinceps constituit, sed ea supposuit, que
in libris de anima fuerant disputata. Neque enim
audiendi sunt illi, qui cum respondent in 12. illo
libro de hac quoque disseruisse animam, non seor-
sim, sed simul cum ceteris intelligentijs. Etenim
de illis solis intelligentijs, que cælestes orbis mo-
uent, coloco disputandum fuisse manifestum est ex
textu 42. & consequentibus, dum ex orbium mo-
torum numero earum collegit numerum. Hanc ip-
sam tamen animam intelligentis essentiam sponte
fatebor quo ad attributa nonnulla à primo quoque
Philosopho considerari debere. Nam cum inter se-
paratas mentes & coniunctas cum materia for-
mas sit media, si attributa illa cogitatione distin-
guas, quibus cum utrisque conuenit, ea quidem
fuerint naturalia, que cum materialibus formis
communia sunt, illudque precipuum & ex inti-
ma illius natura profectum, quod sit corporis a-
ctus & forma: quedam tamen alia super sunt, que
cum separatis mentibus communia à primo phi-
losopho considerentur, dum in ceterarum mentium
contemplatione versatur. Sic absoluta omnique
ex parte perfecta huius anime cognitio non ex
aliqua vna, sed ex pluribus scientijs petenda fue-
rit: quod in ceteris quoque rebus cognoscendis
euenit.

Attri-
buta qui
d alius
anima
ad primam
philoso-
phiam per-
tinet.

Mediam enim illam philosophiam, quam ex-
cogitavit Simplicius, apud Aristotelem nusquam
reperias, qui aliam non fecit theoreticæ philoso-
phie partitionem, quam in primam & natura-
lem: quibus ampliori acceptione vocabuli Mathe-
maticas disciplinas adiunxit. Vbi vero animam
vniuersæ corporis actum definiuit, omnem prorsus
animam naturalis considerationis esse docuit.
Nam & essentialem ordinem ad corpus, ut for-
ma ad materiam significauit & modum definien-

di per materiam esse naturalem, scientiâque disti-
nendi ac demonstrandi modo distingui manife-
stum est. Neque anime natura media ita statuitur
quasi inter naturales & prorsus abstractas formas
sit media: sed quod inter abstractas hæc & eas
que omnino materiales sunt, quasi media consti-
stat. Naturalis enim forma non solum materiales
comprehendit, sed eas omnes, que ordinem ha-
bent ad materiam actusque illius esse possunt, sine
materiales ea sint, siue immateriales quem admo-
dum intelligens anima.

Vbi vero naturales forma corruptibiles esse di-
cuntur, quomodo id dicatur, oportuit erit ex-
plicandi locus, ubi de huius anime immortalitate
disputabitur. Nunc illud exponendum est, quod
naturalis abstractio ratione sola constare affirma-
tur. Intelligentem quippe animam aio esse in ma-
teriæ ipsa, non substantiatam in ea, sed a forman-
tem illam & perfectientem. Neque vi eiusmodi
forma est, posse illam esse sine materia. Sin autem
à materia separaretur, non erit amplius forma na-
turalis actu, sed potestate: quia etsi actu non for-
met apta tamen est formare, si corpori rursum
vniatur: spectatque ad naturalem Philosophum,
quod ordinem ad corpus & materiam significet,
& si definienda sit, per eiusmodi ordinem defini-
atur: qui definiendi modus naturalis nimirum est.
Itaque materiam semper accipit: sitque plerum-
que, ut hæc forme, que cum materia consideran-
tur & definiuntur, re ipsa quoque sint in materia,
neque ab ea separari possint. At si que separaretur,
non propterea à naturali consideratione excludit-
tur, quoniam non rei, sed rationis inseparabilitas
est, que naturalem scientiam constituit: atque à
Mathematica distinguit, que absque omni mate-
ria sensili obiectum suum considerat & definit.

ut ab-
stractio
Physica
sit sola
ratione.

Anima
separata
esse for-
mam, &
natura-
lis consi-
deratio-
nis

Venio ad illam propositionem, que ex tertio li-
bro de celo proponebatur, naturalia cuncta vel
corpora esse, vel cum corporibus gigni. Cui primò
obijci prima materia potest, que nec corpus est, nec
cum corporibus nascitur, nec tamen à naturali co-
gnitione arcetur. Deinde ita exponitur, ut natu-
ralia cuncta vel corpora sint vel oriui & interitui
corporum adsint. Sic enim & prima materia &
intelligens anima comprehenduntur. Ex illis por-
rò locis omnibus, in quibus visus est dubitare Phi-
losophus, num anima omnis ad naturam spectet,
aut nihil prorsus colligere licet, aut non negando
magis, quam affirmando. Possunt etiam pleraque
de anima cæli exponi: de qua, cum quandam ha-
beat naturalem operationem, nempe cælestem mo-
tum, dubitari posse videbatur, quod altera ex par-
te separata prorsus natura sit. In primo autè huius
operis libro cum anime affectus dixisset exerceri
per corpus, & ideo naturales esse ac per materiam
definiendos, quoniam ex operatione cognoscitur
forma, adiecit in textu 15. naturalem agere de

ut na-
turalia
sint cor-
pora vel
cum cor-
poribus
gignantur

Exponi-
tur tex.
15. de
anima.



Præfatio.

bere de omni anima, que operetur per corpus, A
sive anima omnis eiusmodi habeat operationes,
sive aliqua solum. Neque dubitatio simplex est &
absoluta, sed ex ijs accepta, que dicta fuerant. Ve-
rum cum intelligens anima operationes habeat,
quas per corpus exerceat, colligi potius potest, eam
a naturali considerandam esse.

In sexto autem Metaphysic. lib. naturalem
quidam pronuntiavit agere debere de quadam
anima, quecunque non sine materia. Sed triplex est
horum verborum expositio Prima, Philosophum
eo loco propter animam nostram dubitasse, nec
tam constituisse quidquam, quod is non esset
locus considerandi, num ea sit forma materie
necne. Altera de omni anima, que est in materia,
agendum esse naturali: Et ideo de intelligente quo-
que, quia esse separari potest in materia tamen est
velut illius actus & perfectio. Solaque excluditur
caelestis anima, que nullo modo est in materia, sed
mouendo duntaxat adest. Tertia, Philosophum eo
loco duplex definitionum genus distinxisse, alterum
sine materia: cum materia alterum, quod rerum
naturalium est proprium. Inde manifestum esse
colligit, cur naturalis agere debeat a quadam ani-
ma, quecunque non sine materia. Quorum verbo-
rum sententia non est, quecunque non est sine ma-
teria: sed hæc potius, quecunque non sine materia
definitur. Intelligens autem anima per mate-
riam & corpus definitur.

Cap. 1.
de
partibus
animæ.

Difficillimus omnium superest locus in primo li-
bro de partibus animalium. Sunt qui eum ita in-
terprentur, ut cum Philosophus quaereret an de
omni anima debeat naturalis agere, de quavis
omnino anima vel etiam calorum locutus sit, dum-
que intelligentem animam ad eum non pertinere
probavit, separatas intellexerit mentes. Verum
cum de solis animalibus differeret, de illorum quo-
que duntaxat animabus credendam est eum pro-
nuntiasse sententiam: dumque animas quasdam
naturali concedit, non humanam, sed vegetantem
& sentientem commemorat. Immo in ea ratioci-
natione, quam secundam proposuit, ceteras ani-
mas affirmavit esse principium motus, intelligen-
tem non item. Duobus igitur modis interpretabi-
mur, Primum enim dici potest, probabiliter eum
locutum esse; quod is non esset locus quidquam con-
stituendi de animalibus in quo non nisi animalium
corpora & eorum partes persequeretur. Sed obiter
ea dicta fuisse, quoniam cum de corpore proposuisset
agendum, quod materia & forma sint relata, que
in eadem scientia tractari oportet, & ideo natura-
lis, qui de anima dici, de corpore quoque dicere
debeat, quaesivit obiter, an de omni anima agere
debeat. Sed cum satis illi esset, si de aliqua ageret
ut de corpore quoque agendum esse constaret:
Deque animabus vegetante & sentiente certum

esset, non iudicavit magnopere necessarium de
intelligente quidquam constitinere. Tribus tamen
argumentis difficultatem indicavit: que non ne-
cessaria, sed probabilia esse voluit, non ignorans
facile solui posse. Nam si primum probationis
vim illam haberet, probaret, etiam præter pri-
mam Philosophiam aut aliam quamcunque, que
de anima intelligente ageret, nullam aliam esse
scientiam. Conficeret quoque naturalem totam
scientiam libris de anima contineri. Quoniam
cum in illis agatur de sensibus, agendum simul
esset de omni ente sensibili. Sed esto, probet (anè ali-
quid argumentum illud: Certe nihil aliud
conficiet, quam eum, qui de intellectu agit
debere agere de intellectu formali & uni-
versè accepto: quemadmodum primus Phi-
losophus agere dicitur de omni ente. Alijs
tamen scientijs quoque locus erit, que de
hoc aut illo intellectu in specie disputent: non
ut intellectile est; sed propriam illius natu-
ram & affectiones peruestigando. Non magis
necessarium videtur alterum argumentum.
Nam si naturam veli esse veri ac proprii
naturalis motus principium, ne sentiens qui-
dem anima est natura, cum sensio motus proprie
dictus non sit. Quod si motum dicat opera-
tionem quamlibet naturalem: anè intelle-
ctio cum phantasmate operatio fuerit natu-
ralis, animaque intelligens non minus na-
tura, quam sentiens. Adde nominari natu-
ram, non solum quod motus principium
sit: sed etiam quod entia & composita natu-
ralia constituat essentialiter à non naturali-
bus distinguat. Hancque ipsam ob causam
intelligentem animam esse naturam seu ho-
minis formam, esse nullius motus princi-
pium foret. Sic enim de caelestis quoque
corporis forma philosophandum est, si calum
materia consistet & forma, nec tamen ab ea
forma, sed ab assistente intelligentia versatur
in orbem. Denique ratiocinatio tertia solui
potest, si animam nostram dixeris quoquo
modo habere rationem finis & generatione
acquiri: quoniam etsi ex materia potestate non
educatur, ut cetera forma, antecedentibus ta-
men dispositionibus & preparatione multa
ita illi univert, ut hominis generatio verè
dici generatio possit. Iam igitur si questio-
nem hanc philosophus eo loco non definiuit,
utinam tandè eam exposuisse dicemus: pro-
ferre possem tex. 26. lib. 2. Physic. ubi na-
turalium formarum considerationem esse de-
bere dixit usque ad eam, que separabilis
est, in materia tamen existens: aliisque huic
similia loca. Verùm id opinor planius explicatum
fuisse in tex. 1. & 2. lib. 6. Metaph. quo loco scientias
cum

Præfatio.

cum distingueret, naturalem posuit agere de sub-
stantiis pierunque inseparabilibus, de que illis
omnibus, que cum materia definiuntur. Tum vero
etiam in hisce libris de anima, in quibus de hac
quoque anima disputant definitionemque illi
cum ceteris communem exposuit.

Altera illius loci potest esse interpretatio, non
probabiliter disputasse, sed definitam Philosophum
pronuntiasse sententiam, omninoque animam
eam negasse ad naturalem pertinere. At is non
alio modo de ea locutus est, quam ut est intelli-
gens, non quidem cum phantasmate, sed ut ab-
solutè potest intelligere. Propterea intellectum eam
perpetuo nominavit. Hocque illius argumenta
peruadent: cum & intellectio illa non solum ens
sensibile, sed intellectuale omne comprehendat: nul-
loque modo sit naturalis actio, quòd à phantasma-
mate abstractat & corpore: ac ædem eo modo ra-
tionem finis non habeat anima, quia penitus à
materia & mutatione abstracta est. Quod au-
tem ad argumentum hæc attinet, primum eo referatur,
ut naturalem Philosophum ostendat non age-
re de intellectu est, & omni modo, quo is consi-
derari potest: quoniam sita ageret, ageret item
de omni intellectu, non materiali modo & sensibi-
li, quod cum phantasmate intelligitur, sed abstra-
cto quoque, de separatis inquam mentibus: nec
solum ut intellectuales sunt, sed secundum etiam
earum naturam: quippe eadem est ratio eadem-
que natura mentis nostre absolutè spectatæ cete-
rarumque mentium. Nulla igitur præter natura-
lem scientia foret: non quidem considerandi mo-
do, siquidem præter naturalem, que & natura-
lem & transnaturalem considerandi modum v. j. ur-
paret, esset adhuc Mathematica cognitio que aliū
haberet modum: sed considerata re, quia si natu-
ralis tum de sensibili, tum de intellectuente ente
ageret, de omni ente ageret, nihilque alteri
scientiæ secundum suam naturam consideran-
dum superesset, sed alio duntaxat foriisse mo-
dore eadem considerari posset. Iam vero dum na-
turalis non agit de intellectu nisi ut eum phantasma-
mate intelligit, non nisi de sensibili ente agit, primo-
que Philosopho ens intellectuale tum secundum suā
naturam, tum ut intellectuale est, considerandum
relinquit. Ac rursum dum primus Philosophus
intellectum præciso phantasmate contempletur,
naturali superest sensibile ens, quod phantasma-
tibus continetur. Ita non solum considerandi mo-
do, sed & re considerata plures scientiæ sunt, na-
turalis & prima Philosophia.

Videō & aliam non minus fortasse accommo-
datam interpretationem. Negavit Philosophus
naturalem considerare quiditatem intellectus ut
est intellectus, non autem ut est forma & actus
corporis. Neque dare consideratur questio quia
si agit de animalibus, & de homine manifestum

est eum de anima quoque & vero humana age-
re oportere, sed de considerandi modo, huc est sub
qua formali ratione & quatenus consideret ani-
mam: an determinatè ad animalia, an vterius
etiam progrediendo. Sic enim in secundo quoque
Philosophum naturalem dixisset debere cognoscere
formam, querit in tex. 26. quousque is in illius co-
gnitione progrediatur, & rursum in tex. 70. cum
naturalem posuisset resolvere in omnes causas,
statim de modo & termino huius resolutionis du-
bitat, resolvendamque constituit vsque ad eas, que
motu mouent. Id vero maxime proprium pedis
officium esse videtur, quam in primis verbis illius
libri de part. proposuerat idem Philosophus. Sanè
ut in quarti & sexto Metaph. primum Philoso-
phum tradit agere de omni ente, & de ente quate-
nus est ens, ceterasque scientias partem entis ab-
sindere, ita de naturali querit an de omni anima
agat, an de aliqua vna. Intellectus igitur quidita-
tem negavit eum considerare. Quoniam si ut in-
tellectus est consideraret, oporteret eum intellectuilia
omnia considerare, non quouis modo, sed eorum
quiditatem perueniendo. Idem quippe modus est
considerandi relata. Quòd si intellectuum om-
nium quiditatem cognosceret, nulla esset alia scien-
tia: quoniam cum naturalis particularis scientia
sit, in particulari entia omnia consideraret, nihil-
que alijs considerandum superesset. De prima Phi-
losofia non licet ita dicere: quoniam scientia
generalis est, eorumque ipsorum, que generaliter
& vniuersè ab illa considerantur, particulares &
proprie rationes considerande alijs relinquuntur.
Et hæc quidam ad primum augmentum respon-
dendi p. ssunt.

De posterioribus autem duobus nulla ferè dif-
ficultas. Ut enim intellectus phantasmate utens
& corporis actus natura est, & quoquo modo gene-
rationis finis: sic absolutè consideratus neutrum
est: atque hac noione de illo Philosophus loque-
batur. Intellectio namque ut intellectio est, na-
turalis motus non est: quod in intellectibus sepa-
ratis manifestum existit. Neque intellectus ut in-
tellectus est, principium motus est, sed ut homi-
nis forma & natura. Si enim ut intellectus prin-
cipium esset motus, nullibi esset motus, quin intel-
lectus adesset; ac rursum ubicumque intellec-
tus esset, esset & motus; at intellectus separatis
immobiles sunt & in plantis est nutritionis &
accretionis motus, & in animalibus est localis, ubi
tamen intellectus non est. Neque intellectus ab-
solutus generationis est finis, sed quoquo modo is
solutus, qui est corporis actus, dum illi per dispositio-
nes materiales vnitur & per eum gignitur homo.
Itaque aut intelligentem animam noluit esse na-
turalem, ut absolutè intelligens est, aut certè ex
eorum sententiis, qui assistentem dicerent, aduer-
sus quos non erat eo loco disputandum.

Præfatio.

Ceterum rationi quoque illi satisfaciendum est, quæ huiusce animæ causas obijciebat non posse à Philosopho naturali cognosci. Ea verè concludit uniuersam & omni ex parte perfectam huiusce animæ cognitionem non ex aliqua una, sed ex pluribus omnino scientijs pendere. Neque ut substantia quepiam naturalis dicitur, omnes eius causas naturales esse oportet: sat sunt materia & forma, quæ partes sunt & interne cause. Intelligentis porro animæ materiæ humanum est corpus, quod & naturale est totum & naturalis compositi pars. Et quamuis ad animæ productionem non concurrat essentiali potestate illa, qua ad cæterarum formarum procreationem materia: ad unionem tamen concurrat dispositionibus illis, quas naturali mutatione à naturali agente suscepit. Formam verò, hoc est ipsius essentiali, naturalem esse, vel etiam à corpore separatam, iam declaratum est. Efficientem & finalem causas non esse necesse naturales esse, cælum totaque rerum uniuersitas testatur: quæ cum entia naturalia sint, non aliam iam quam Deum, efficientem aut finalem causam habent. Externe siquidem hæc cause sunt, sine quibus naturalis essentia consistat. Quamquam finem quoque aliquem & efficientem causam naturalem cognoscit, dum animæ operationem, quæ finis est formæ, considerat; & propriam efficientem causam, hominem, qui hominem genuit. Essentiam intelligentem animam non producat, illius tamen efficiens causa appellari potest, quatenus corporis actus est cum eoque per antecedentes dispositiones ab eo productas coniungitur.

Porro si essentiali cognoscatur, consequens est cum facultates item & operationes, quas habet ut est forma, cognoscere. Habet enim duplicem operandi modum, utrumque nature suæ accommodatum quippe inter separatas mentes & materiales formas media consistit; corporis quidem actus, sed ab eo separabilis. Propterea unum habet operandi modum cum phantasmate, quando in corpore; alterum sine phantasmate, à corpore separata: quorum uterque ex media illa natura ducitur. Ille ad naturalem, hic ad primum Philosophum spectat: quod naturalis eam consideret ut corporis actum, primus Philosophus ut absolute intelligentem. Ita illius abstractio partim naturalis est, partim transnaturalis. Atque hæc mihi est de tota hac grauissima questione sententia.

Consequens igitur fuerit constituere locum, quem hæc cognitio tum uniuersa de anima, tum specialis de intelligente atque humana, in naturali Philosophia habere debeat. Certum est primum omnium locum tenere generalem illam tractationem principiorum ac proprietatum, seu potius uniuersi corporis naturalis, quam octo libris Physicæ exposuit Aristoteles. Alterum, simplicis corporis, tum incorruptibilis, tum corruptibilis, tractationem

libris de Cælo deque ortu & interitu comprehendam. Tertium cognitionem inanimatorum infortiorum, tam imperfectorum, quam perfectorum; cui quatuor ferè meteororum libri tribuitur sunt. Quartum, postremum, & optimum esse infortiorum animatorum ac uiuentium, quæ perfectissima omnium sunt, plurimosque Philosophi libros absumunt.

In quibus duplex difficultas. Altera nunc cum animata & uiuentia in plantas diuidantur & animalia, libri de plantis antecedere libros de animalibus debeant, an hi potius illis anteponi. Namque Auerris comment. 1. lib. 1. Meteororum & com. ult. lib. 4. & Auicenna ad initium 6. Naturalium & plerique Latinorum animalibus plantas anteposunt. Tum quod communiora & simpliciora debeant esse priora. Tum quod ipsemet Philosophus in tex. 34 lib. 2. de anima de singulis animæ facultatibus acturus à vegetante plantarum propria principium fecit, quod prima omnium si & communissima.

At secus omnino ab eodem Philosopho constitutum ego reperio. Etenim in 1. Meteororum lib. cap. 1. dicendum proposuit de animalibus, dein de de plantis. Nam paucis complectens antecedentes omnes tractationes eo ipso ordine, quem paulo ante posui, libros Physicæ de Cælo, de ortu & interitu, hisque Meteororum illos subiungens libros: Tandem his, inquit, peractis contemplantur, si quid possumus dicere de animalibus & plantis generaliter & in specie. Ferè enim his dictis finem habebit initio propofita nobis tractatio. Et in extremo cap. 4. libri de sensu & sensili, qui ad animalium tractationem pertinet, de saporum passionibus agendum differt in tractatione de plantis. Et ad calcem libri de longitudine & breuitate vite habet hæc uerba: Sed de hoc quidem secundum se in ijs, quæ de plantis, determinabitur: nunc autem de alyis animalibus dicta est causa de longitudine & breuitate vite.

Cur autem animalium tractatio antecedere debeat, etsi plantarum natura sit prior; e ratio est, quam Theophrastus Aristotelis auditor scholæ que successor significat in plantarum historia libro: quoniam facilius est & manifestior animalium cognitio, dum uitæ omnes operationes, heterogeneas partes, organaque corporis uniuersa magis habet aperta & illustrata, ex quibus analogia quadam plante & earum partes intelliguntur. Hæc enim cognitionem obscuriorem multo & occultiore esse fateatur Aristoteles tractationem eam aggrediens: atque ad earum naturam & conditionem peruestigandam magnopere ijs usus est, quæ in animalibus conspiciuntur: quod post eum quoque Theophrastus fecit: Eandem ob causam cum intelligeret Philosophus, ut in cæteris, ita in uiuentium consideratione uniuersè primum agendum.

¶ ad animæ huius productionem concurrat materia.

Homout anima huius efficiens causa sit.

Duplex huius animæ operandi modus.

Totius naturæ in philosophia ordo.

De libro de plantis.

Cur animalium tractatio prior ratione plantarum.

¶ uiuentium consideratio uniuersa.

Præfatio.

dum esse, ac inde ad singula progrediendum, eaque quæ de viventibus dicenda erant, esse per pauca & in animalibus omnia reperiri, non item in plantis: ea maluit cum animalium tractatione coniungere, quam aut de illis sensim aut in consideratione plantarum agere: tum quod in animalibus magis essent aperta cognitique faciliora. Tum quod cum tractatio de genere uniuerso antecederet singularem specierum tractationem debeat, ea saltem fuit cum ea specie & parte coniungenda, quæ prior loco tractanda erat. Itaque tum in libris de anima differitur uniuersæ de anima & in specie: tum in libris, qui parua naturalia vocantur, agitur de vita & morte, de longitudine & breuitate vitæ, de quæ alijs compluribus, quæ viventibus omnibus insunt: quemadmodum in ipso initio libri de sensu & sensili agendum de illis proposuerat, quæ animalibus omnibus ac viventibus communia essent: ac demum in libris de animalium partibus, ea quoque complectitur quæ ad viuens corpus generaliter pertinent.

De libris
de ani-
malibus.

Alterâ difficultas est de ipsismet animalibus, librisque illis, qui de animalibus extant ab Aristotele scripti. Auicenna, Magnus Albertus, S. Thomas, & Latinorum permulti, libros de anima omnibus anteposunt: tum quod communiora oporteat esse priora, animaque animatus omnibus insit: tum quod cum animalium cognitio, ut & cuiusuis alterius rei, ex partium, quibus constat, cognitione petenda sit, nisi anima, quæ illorum pars est & forma, cognitio antecedar: omnino animalium cognitio haberi non potest. Atque ita de nam colligitur ex principio libri de sensu & sensili, quem manifestum est libros consequi de anima, esseque principium reliquæ de animalibus tractationis. Magis tamen Aristoteli ac rationi consentanea est Alexandri, Auerois & eorum sententia, qui libros de anima postponunt libris de animalium partibus. De animalibus quippe ita constituit Philosophus agendum sibi esse, ut cum duplici constent parte, materia & forma, corpore & anima, de corpore seorsim atque de anima diceret. Prius tamen de corpore: tum quia materia, ut natura, sic cognitione, prior est & antecedit formam. Quemadmodum enim ut anima sit, subiciendum illi antea corpus est, sic illius cognitionem antecedit corporis cognitio oportet. Tum vero corpus multo notius est, quam anima, propterea quod sensibus ipsis comprehenditur. Et cum anima corporis actus definiatur suæque operationes corporeis exequatur organis, neque anime actiatio, neque facultates & operationes eius intelligi queunt, nisi corporis uniuersæ structuram & organa omnia parteque singulis probe cognouerit. Si ea, inquit Alexander in primo lib. de anima cap. 1. quæ de anime substantia profertur, contradictionibus implicare non volumus, primo loco ipse possidentis animam corporis apparatus contemplandus est

A & internarum inuicem externarumque partium cum ipso venustatis & pulchritudinis concentu lex & dispositio conquistanda. Simul enim hæc ipsa speculari fuerimus, haud quaquam ulterius admirabile & nostra opinione maius esse videbitur, ut in corpore supra quam opinari possumus, admirabiliter atque ambitiosè disposito, anima tot in se motionum principia possidens contineatur. Et verò hoc ipsum fatebitur quicumque Aristotelis libros attentè legerit. Pluribus enim in locis libros de partibus atque incesso animalium antepositos libros de anima fuisse significat. In primo de partibus cap. 1. cum eiusdem artis dixisset esse agere de materia & forma corpore & anima, corporis statim explicationem aggreditur, anima in posteriorem tractatum relicta. Alioquin nisi tunc primum agere inciperet de animalibus, quorsum tam longum illud præmium, quod totum primum librum absumit? Quorsum generalis illa propositio, in eadem scientia agendum esse de materia & forma? Quorsum denique naturalem Philosophum probaret debere agere de quadam anima, si aut iam de anima fuisset actum, aut illud non esset commune toti de animalibus tractationi præmium? Sed in extremo libro de animalium incesso (quem libris de partibus subiungendum esse constat ex horum de partibus librorum epilogo) apertus omnino locus est. Scribit enim se de partibus animalium dixisse, deincepsque dicturum esse de anima. Et in fine libri de animalium motu eam omnia colligens, quæ dixerat, dixisse se aut primum de animalium partibus: Deinde de anima, sensu, memoria, somno, & communi motu. Et librum item concludens de longitudine & breuitate vitæ, reliquum esse ait agere de iuuentute & senectute, vita & morte, quibus expositis habitura sit finem tota de animalibus tractatio. Itaque cum ex præmio libri de sensu & sensili certum sit libellos hosce omnes, qui parua naturalia dicuntur, subsequi libros de anima, se absolutus illis finem habet uniuersa de animalibus tractatio, omnino libri de partibus posteriores libros de anima esse non possunt, sed ante illos collocandi sunt. Postremo si principium consideres librorum de partibus, non solum ut dixit tam amplum ac generale præmium non potuit non esse veluti ingressio ad totam de animalibus tractationem: verum etiam cum in primo illo cap. incidisset mentio animalium quarundam operationum somni, spirationis, actionis, & diminutionis, mortis, & aliorum eius generis, de quibus in libris de anima & paruis naturalibus agitur, affirmavit Philosophus de illis nil se adhuc certè & explorati habere quod adferret. Quæ verba aperte ostendunt non iam præmissam fuisse, sed subsequi post debere propriam illarum tractationem, hoc est libros de anima, paruaque naturalia. Quod argumentum eo maiorem vim habet, quod eo ipso in loco cum incidisset

Præfatio.

fermo de necessitate, qua in rebus naturalibus re-

A esse illi libros de anima ponendos esse. Quonia preparata materia corporeque toto dispositio conse-

Libri de anima huius historia.

Si igitur, ut Aristoteli libuit, omnes illius de animalibus libros ordinare, propriamque librorum de anima locum invenire velimus, affirmabimus profecto primos omnium illos esse debere, qui de animalium historia inscribantur. Sunt enim veluti aditus & preparatio quaedam ad reliquos atque adeo ad universam de animalibus tractationem. Namque in illis Philosophus certa nihil scientia tractat, nihil demonstrat: sed cum totam eam tractationem magna videret esse varietate ac difficultate plenam, ea prius omnia statuit, quasi historiam quandam & narrationem pertexens, commemorare, qua de partibus, operationibus, procreatione, ac ceteris animalium affectionibus, siue aliorum sermone & communi fama circumferrentur, siue ipsemet diligenter peruestigatione plurimorumque inspectio observasset. Rursum videlicet & crassam praeferere volens omnium cognitionem, antequam diligentius de singulis & accuratius pertractaret, certam, ut in scientiis fit, rationem & causam singulorum adferenda. Propterea & illis titulum fecit, De animalium historia: quod historiam quasi narrando ea proponat, qua potest accuratè magis esse explicaturus. Ex qua etiam inscriptione didicimus libros illos ceteris omnibus antepone: quoniam equum est ea prius narrando proponere, que aut sensibus apprehendimus ipsi aut ab alijs accepimus, ac inde singulorum rationem quaerere. Ita etiam ex cap. i. libri de partibus & cap. i. libri de incessu licet colligere.

Expositis poro internis principijs atque essentia partibus, totoque animali constituto, consequens fuit dicere de accidentibus & operationibus: quod in libro parvis naturalibus presertim est. Itaque libris de anima adiungi oportere librum de sensu & sensibili, tum ex illius initio certum est, tum persuadet ratio. Quoniam ex accidentibus omnibus nullum est magis proprium, quodque animalium naturam proprius attingat, quam sensus. Sensum autem sequuntur memoria, & cetera que deinceps explicantur. Et quoniam sensum sequitur motus, post sensus & eorum, que ad sensum pertinent, considerationem agenda erat de motu, quo cibum animalia sibi queritando conservationem sui procurant, & post eum de procreatione, que ad speciei conservationem refertur extraque ipsum animal quodammodo consideratur. Propterea Philosophus postremis eiusdem libri de sensu & sensibili verbis agenda proponit de memoria & reminiscentia. Deinde sequi libros de somno & vigilia, de somnijs, deque divinatione per somnum, ex rerum, que tractantur, nexu, principioque libri de somno & vigilia, satis constat.

Parvis naturalibus.

Post hos sequitur liber de animalium motu, & post eum libri de animalium procreatione, quæ ad eandem ultimam ostendunt illius libri de motu verba, quibus tota quoque superior dispositio confirmatur. De partibus igitur, inquit, & sensibusque animalium, & de anima, præterea de sensu & memoria, & somno (somnia autem nemine libros quoque de somnijs, & divinatione per somnum comprehendit) & de communi motu diximus causas: reliquum autem est de procreatione dicere.

Libri de motu & procreatione animalium.

Libri de partibus.

Iam verò ubi certam ac scientiarum cognitionem adferre voluit, principium, ut parerat, ab internis principijs atque ab essentia explicatione fecit: egitque primum de materia, hoc est animalium corpore. Quocirca secundum libros de historia ponendi sunt libri de partibus, in quibus accuratè magis aggreditur explicare singula que ad corporis pertinent, rationes & causas singulorum ostendens, præsertim verò ex fine. Quoniam cum sint parvis organica, propter operationem à natura fabricata, organum cuiusvis & instrumenti natura ex fine, operatione, atque usu optimè dignoscitur.

Quare postremus locus relinquitur libro de longitudine & brevitate vite, deque iuventute & senectute, vita & morte ac respiratione, ac de eodem libro de sanitate & morbo. Sic enim & ratio postulabat, ut post animalium procreationem ageretur ac illorum vita & duracione, alijsque, que in vita cernuntur, ac tandem cum morte, ultimo animalium vite, finem haberet tractatio de illis suscepta. Et Aristoteles ipse ita de illis dicendum proposuit in calce libri de longitudine & brevitate vite, ut expositis illis habitura esset finem tota de animalibus tractatio. Et si verò e loco facta non sit mentio sanitatis & morbi, facta tamen antea fuerat in libro de sensu & sensibili: tuncque aut propterea emittuntur, quod vitam & moriem nimirum do intelligi que ea velit, que cum illis coniuncta sunt: aut quod ea tractatio ad medicum iam accederet. Ut hinc etiam

Libri de longitudine & brevitate vite.

Libri de incessu.

Hos sequitur statim liber de incessu, ut ipsemet confirmat Philosophus, dum & quartum de partibus & hunc ipsum de incessu libros concludit. Et quidem optimè. Nam hic item de incessu liber est de partibus nempe de illis partibus, que propter incessum preparata à natura fuerunt.

Libri de anima.

Ex postremo autè huius libri verbis perspicuum

etiam

Præfatio.

etiam intelligas eam esse ultimam de animalibus partem, quam naturalis Philosophus explicet, quamque ulterius progrediens arripiat medicus, ut in capite primo libri de sensu & sensibili, & in fragmento, quod extat, libri de sanitate & morbo legimus.

Obi-
ctio. Quod autem his omnibus obiici posset, Alexandarum ex extremo libro quarto Meteororum collegisse post illud Meteorologicum opus libros de animalium partibus debere sequi, verum est, si scientiaria partes considerentur. Est enim libri de historia interponantur, y tamen scientiam certam non continent, sed generalem quãdam cognitionem velut preparationem ad consequentem scientiam.

- Maiorem habent difficultatem quedam alia
2. Philosophi loca. Nam in calce libri quarti de partibus, inquit, *ἐν τῷ ἑκτῷ τὰς ψυχὰς ἀπὸ τοῦ σώματος*, cumque de procreatione dicendum proponat, is locus libros potius de illa scripsit, quam
3. libros de incessu tribuendus videtur. Rursum in principio librorum de procreatione libros eos videtur coniungere cum libris de partibus. Ac de
4. mum in principio libri de sensu & sensibili coniungere cum eo libro videtur librum quoque de longitudine & breuitate vite, & alios, quos post libros de procreatione disposuimus. Immo in cap. 1. libri de longitudine & breuitate vite, librum cum eo, qui est de somno & vigilia, connectere illum dixeris.

Incipit
corruptus
re-
stitu-
itur. Ceterum primus, qui obiicitur, locus corruptus est atque ubi legimus *ῥηδὴν*, legendum potius est *ῥηδὴν*. Error autem vel lex vocum similitudine ac librarij incuria profectus est: velex eo, quod liber de incessu nondum esset repertus: vel dæmon quod initium librorum de procreatione coniunctionem cum illis libris de partibus significaret. Quod propterea factum est, quia cum de aliis partibus egisset in libris de partibus procreationi dicatis nihil adhuc fuisse dictum, sed sepius propositum de illis posse dicendum esse: quemadmodum in cap. 4. 10. 11. & 12. lib. 4. de partibus: de illis tandem agendum esse dixit, non ut libros illos coniungeret, sed ut se quidem ostenderet partes illas antea prætermisisse, nunc autem in tractatione de procreatione de illis esse dicturum. Hoc enim, ut est in cap. 4. citato, partium illarum conditio postulabat, que aliqui in communi reliquarum tractatione minus poterat explicari, optimique de illis simul & de procreatione agendo intelligitur. Hoc ita esse manifestum erit, si apertam atque inexplicabilem animaduertas contradictionem fore, si secus locum illum interpreteris. Nam si libros de procreatione voluit cum libris de partibus copulare, quomodo id constabit cum postremis libri de animalium motu verbis, quibus & post libros de parti-

A bus (comprehendens & librum de incessu, quod est de partibus incessu dicatis) libros de Anima subiungit: & statim de procreatione dicendum proponens, libros illos de procreatione non cum libris de partibus, sed cum libro de motu coniungit? Quomodo cum illis locis constabis quibus antea ostensum est post librum de partibus, libros de anima & naturales paruos adiungendos esse: & rursum cum capite 1. & 7. libri 5. de procreatione, ubi tanquam antecedentes citat libros de anima, de sensu, & de somno? Nam si post libros de partibus sequuntur libri de anima & parui naturales, hique ipsi libros de procreatione antecedunt, certum est libros hosce de procreatione cum libris de partibus non potuisse coniungi: sed tum libros de anima, tum parui naturales interpositos fuisse. Quin etiam ex illo cap. 1. libri primi de procreatione, de quo nunc agitur, duo argumenta petuntur. Alterum, quod Aristoteles eo loco dixisse se ait de aliis omnibus animalium partibus, sola que superesse tractandas partes procreationi dicatas: omnes igitur alij de partibus libri liberque item de incessu anteponeudi libris de procreatione sunt: neque hos voluit cum quatuor libris de partibus coniungi: sed neque etiã cum libro de incessu, quia extremis illis verbis proponit libros de anima. Alterum, quod eo in loco de tribus ait animalium causis dictum iam esse, materia, forma & sine, dicendum que de efficiente superesse, hocque perinde esse, ac de ipso tum procreatione agere. Atqui animalium forma est anima: libri ergo de anima priores de procreatione sunt, hique illos sequuntur.

Quo loco partes procreationi dicatas, adnotabis inter eas, que sunt animalis materia non fuisse à Philosopho numeratas: sed ad efficiendam potius causam reuocatas: quod cum materia respiciat formam, sola illæ partes materie locum tenere censentur, que ad animalis esse atque illius in diuidui conseruationem pertinent: de quibus tum in quatuor libris de partibus, tum in libro de incessu disseritur: non item illæ que speciei conseruationem spectant: quoniam hæc ad efficientem magis causam tanquam procreantis instrumenta, quam ad suscipiendam vel conseruandam animam referuntur, atque de his in libris de procreatione dicitur.

E Ad initium porro libri de sensu & sensibili agendum quidem proposuit de animalibus; at non de corpore aut partibus eius; sed de facultatibus quibusdam & communibus operationibus, quas eo loco commemorat atque in consequentibus libris persequetur. Inter cetera verò, que proponit, aut appetitus & desiderij nomine significauit motum, qui ex illis proficitur; aut omnino eum non nominauit. Tum quia eum constabat animalium operationem esse non committendam. Tum

cur part
tes pro
creatio
ni dica
ta cum
ceteris
numera
te non
fuerint.

Ad 4.

Præfatio.

quia subordinatus est sensus & illam consequitur. Commemoratur & iuuentutem & senectutem & ea que deinceps sunt, quoniam hæc quoque sunt accidentia quedam, quæ omnibus in individuo insunt, quemadmodum & priora. Procreationem prætermisit, quod ea referatur ad speciem, aut sub motu & appetitu voluit comprehendere.

Denique in 1. cap. libri de longitudine & breuitate vite non illud egit, ut cum librum cum libro de somno & vigilia, ipsæque, quæ cum somno coherent, conuinceret: seu magis, ut ea, de quibus agere aggrediebatur sola ostenderet ex his omnibus, quæ initio libri de sensu & sensibili proposita fuerant, explicanda superesse.

Subiectū
librū
omnium
de ani-
malib.
Dua
partes
tracta-
tus de
anima-
libus.

Quæ omnia si à me non minus verè explicata, quam diligenter collecta sunt, libri omnes de animalium ab Aristotele promulgati vnum absolutū opus cuius subiectum est animal, cuius principia, species & proprietates exponuntur. Sed eius duæ præcipue partes. Altera historicè animalium partes, species, operationes, accidentiaque diuersa proponit. Altera diligentius cuiusque rationem persequitur: agendo primum de principijs & substantia animalis, hoc est de corpore & partibus eius, quæ materia sunt & subiectum anime, hocque in libris de partibus & incessu: atque de anima ipsa, quæ huius corporis forma est & actus, idque in tribus libris, qui eo titulo circumferuntur ut postrema confirmant verbalibus de animalium incessu. Deinde verò de operationibus & accidentibus in toto reliquo opere. Has nimirum duas scientiarie tractationis partes historica quoque tractatio, quæ antecessit, pulchrè adhibuit. Quippe in tribus quoque prioribus historicæ libris & quarti parte quadam de animalium partibus philosophus locutus est: hisque demum verbis in cap. 7. sermonem conclusit, Partes animalium omnium interiores exterioresque generatim, tum propria, tum communes, ita se habent. Et cap. 8. agendum propositum de sensibus & libr. 5. 6. & 7. de procreatione disseruit, de cuius partibus antea dixerat initio 3. lib. tum verò in 8. & 9. de pluribus aliis operationibus singularum specierum egit.

De de-
cimo, hi-
storia li-
bro.

De 10. lib. multa dici possent: sed ne à re proposita nimirum digrediar, hoc loco solum affirmabo historicum cum non esse neque ceteris nomen libris adnumerandum. Quod optimè intellexit Theodorus Gaza in ea, quam illi præfixit, præfatione. Fortasse autem nec Aristotelis est liber.

Cui de
anima
nihil in
lib. 11 de
historia.

De anima in illis de historia libris nihil est dictum, solique de anima libri nullam in historica illa narratione partem sibi respondentem habent, in qua reliqui omnes aut propriam aut per alias partem agnoscunt. Cuius rei duas reperio causas. Alteram, quod cum anima ipsa sub sensum nos

cadat nihil historicè de illa narrari poterat: sed de illius diuturnat operationibus & effectibus. Alteram: quod ea oportebat in historia commemorare ac proponere, quæ causam haberent aliquam in scientiaria tractatione explicandam: anima nullam in viventibus habet, sed ipsa potius prima est omnium aliorum causa, itaque non ineptè obseruauerunt aliqui scientiam de anima in text. 1. lib. 1. propterea fuisse à Philosopho appellatam historiam de anima, quod nulla de illa præfisset: sed illa ipsa, quæ tunc tradenda erat, simul & historia esset & accurata tractatio atque scientia.

Immensè propterea esset operæ omnes hæc, quos de animalibus libros promulgauit philosophus, interpretari proprijsque commentarijs illustrare. Optimam illorum partem, quæ libris tribus de anima, parte videntium optimis, continetur, interpretandam illustrandamque suscepi. At quoniam nec satis perfectum & absolutum esset opus, si de sola diceretur anima: nec huius natura & operatio multiplex sine corporis & partium eius cognitione satis potest explicari: summariam mihi antea corporis considerationem faciendam censui, quæ instar nobis fuerit plurimorum librorum, quos de corpore Aristoteles scripsit. Tum verò diligenter & enucleatim ea perpendenda, quæ ab illo de anima fuerunt tradita. Quæ duo si ex animi sententia successerint, ne perfectam animatorum cognitionem tradiderimus: illudque fuerimus assecuti, quod Delphico præcipiebatur oraculo, Nosce te ipsum: quod summam demum sapientiam esse prodidit in Alcibiade 1. atque in Amatoribus Plato. Quam eò facilius accertius consequemur, quod in infinita propemodum animalium varietate humanum præ ceteris velut perfectissimum arte summa atque sapientia elaboratum, ceterorum, quæ omnium velut exemplar considerandum mihi proposuit. Si enim & nos ipsos optimè nouerimus, & certam quoque rationem habuerimus, quæ de ceterorum quoque animalium corporibus iudicemus.

Sui cogi-
tio.

Rem igitur aggressurus, Timæum de vniuerso dicturum diuinam opem implorantem imitabor. Omnes, inquit ille apud Platonem, qui vel tantillum mentis habent, cum aliqui siue magnum siue paruum aggrediuntur, Deum semper inuocare solent: quanto magis nos decet de maximis obcurisimisque rebus verba facturos Deum inuocare, nisi omnino ceca dementia transuersè abducimus? Necessè est illum inuocare & precari, ut ea primum dicantur à nobis, quæ ipsi sint grata. Deinde ut huiusmodi, quæ apertis rationibus consentanea nobis etiam probari possint, atque in illis certa quadam nobis constet sententia. Rem igitur aggrediamur.

Dei in-
uocatio.